Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Briefe - Cod. Aug. perg. 83

Paulus <Apostel, Heiliger>

[S.l.], [11. Jh.]

Epistola beati Pauli apostoli ad Galatas

urn:nbn:de:bsz:31-11851

Visual Library

qui in me loquitur xps; qui in vos non infirmatur.
sed potens est in vobis; Nam et si crucifixus est ex
infirmitate nostra: sed vivit ex virtute dei; Nam
et nos infirmi sumus in illo: sed vivemus in eo
ex virtute dei in vos; Vos metipsos temptate
si estis in fide. ipsi vos probate; An non cognosci
tis vos ipsos. quia xps ihs in vobis est; nisi for
te reprobi estis; Spero autem quod cognosce
tis. quia nos non sumus reprobi; Oramus autem
deum ut nihil mali faciatis. Non ut nos pro
bati pareamus. sed ut vos quod bonum est facia
tis. Nos autem ut reprobi simus; Non enim
possumus aliquid adversus veritatem. sed pro
veritate; Gaudemus enim quando nos infirmi
sumus. vos potentes estis; Hoc et oramus vestram
consummationem; Ideo haec absens scribo.
ut non praesens durius agam. secundum potesta
tem quam dominus dedit mihi in aedificationem
et non in destructionem;

De cetero fratres gaudete. perfecti estote.
exhortamini. idem sapite. Pacem habete.
et deus dilectionis et pacis erit vobiscum; Salutate
invicem in osculo sancto; Salutant vos sancti omnes;
Gratia domini nostri ihu xpi. et caritas dei. et com
municatio sancti spiritus cum omnibus vobis. Amen;

INCIPIT EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI AD GALATAS.

Galatae sunt graeci; hi verbum veritatis pri
mum ab apostolo acceperunt. Sed post
discessum eius. temptati sunt a falsis aposto
lis. ut in legem et circumcisionem verterentur;
Hos apostolus revocat ad fidem veritatis.
Scribens eis ab epheso;

PAULUS APOSTOLUS. NON AB HOMINI
bus neque per hominem. sed per ihm xpm et deum
patrem qui suscitavit eum a mortuis. et qui mecum
sunt omnes fratres. ecclesiis galatiae; Gratia
vobis et pax a deo patre et domino nostro ihu xpo.
Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris. ut eriperet

nos de presenti seculo nequā · secundū uoluntatem dī
& patris nrī ; Cui ē gloria in secla seculorū amen ;
Miror quod sic tam cito transferi mini abeo qui
uos uocauit in gratia xpi · in aliud euangeliū ·
quod non ē aliud · nisi sunt aliqui qui uos contur
bant · & uolunt conuertere euangeliū xpi ; Sed li
cet nos · aut angelus de celo euangelizet uobis ·
preter quam quod euangelizauimus uobis ·
anathema sit ; Sicut prediximus · & nunc iterū
dico ; Siquis uobis euangelizauerit preter
id quod accepistis · anathema sit ; Modo enī
hominib; suadeo · aut dō · aut quero hominib;
placere ; Si adhuc hominib; placerē · xpi
seruus non essem ;

Notum enī uobis facio frs · euangeliū quod euan
gelizatū ē a me · quia non ē secundum hominē ·
Neq; enī ego ab homine accepi illud · neq; didici ·
sed per reuelationē ihū xpi ; Audistis enī con
uersatione meā aliquando in iudaismo · quo
supra modū persequebar ecclām dī · & expugna
bam illam · & proficiebā in iudaismo · supra mul
tos coetaneos in genere meo · abundantius
emulator existens paternarū mearū traditi
onū ; Cū autē placuit ei qui me segregauit
de utero matris meę · & uocauit per gratiā suam ·
ut reuelaret filiū suū in me · ut euangeliza
rē illū in gentibus · Continuo non adquieui
carni & sanguini · neq; ueni hierosolimā ad an
te cessores meos apostolos · sed abii in arabiā ·
& iterum reuersus sum damascum ; Deinde
post annos tres · ueni hierosolimā uidere petrum ·
& mansi apud eū dieb; quindecim ; Alium autē
apostolorū uidi neminē · nisi iacobū fratrē dnī ;
Quę autē scribo uobis · ecce corā dō · quia non
mentior ; Deinde ueni in partes sirię & cilicię ;
Erā autē ignotus facie ecclesiis iudeę · quę erant
in xpō ; Tantū autē auditū habebant ; quō qui
persequebatur nos aliquando · nunc euangeli
zat fidem quam aliquando expugnabat ; Et in
me clarificabant dnm ; Deinde post annos

Z m

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

quatuordecim. iterum ascendi hierosolimam cum
barnaba. assumpto & tito; Ascendi autem secundum
reuelationem. & contuli cum illis euangelium quod
predico in gentibus; Seorsum autem his qui uide
bantur aliquid esse. ne forte in uacuum currerem. aut
cucurrissem; Sed neque titus qui mecum erat
cum esset gentilis. compulsus est circumcidi.
propter subintroductos autem falsos fratres. qui subintro
ierunt explorare libertatem nostram. quam
habemus in christo iesu. ut nos in seruitutem
redigerent; Quibus neque ad horam cessimus
subiectioni. ut ueritas euangelii permaneat
apud uos; Ab his autem qui uidebantur aliquid
esse quales aliquando fuerint. nihil mea in
terest; Deus personam hominis non accepit; Mi
hi enim qui uidebantur aliquid esse nihil con
tulerunt. Sed econtra cum uidissent. quod
creditum est mihi euangelium preputii. sicut
petro circumcisionis. Qui enim operatus est petro
in apostolatum circumcisionis. operatus est &
mihi inter gentes; Et cum cognouissent
gratiam que data est mihi. Iacobus. & cephas
& iohannes. qui uidebantur columne esse.
dextras dederunt mihi & barnabe societa
tis. ut nos in gentes. ipsi autem in circumcisi
one. tantum ut pauperum memores essemus.
quod & iam sollicitus fui hoc ipsum facere;
Cum autem uenisset cephas antiochiam. in fa
ciem ei restiti. quia reprehensibilis erat;
Prius enim quam uenirent quidam ab iacobo.
cum gentibus edebat; Cum autem uenissent. sub
trahebat & segregabat se. timens eos qui
ex circumcisione erant; Et simulationi eius
consenserunt ceteri iudei. ita ut & bar
nabas seduceretur ab eis in illam simula
tionem; Sed cum uidissem quod non recte
ambularent ad ueritatem euangelii. dixi
cephe coram omnibus; Si tu cum iudeus sis.
gentiliter & non iudaice uiuis. quomodo
gentes cogis iudaizare; Nos natura iudei

& non ex gentib; peccatores. Scientes autem
quod non iustificatur homo ex operib; legis
nisi p fidem ihu xpi; Et nos in xpo ihu credi
mus. ut iustificemur ex fide xpi. & non
ex operib; legis. Propt quod ex operib;
legis non iustificabitur omnis caro; Quod
si quaerentes iustificari in xpo. inuenti
sumus & ipsi peccatores. Numquid xpc
peccati minister. est absit; Si enim que
destruxi. hec iterum reedifico. preua
ricatorem me constituo; Ego enim p legem legi
mortuus sum. ut do uiuam; Xpo confixus
sum cruci. uiuo autem iam non ego. uiuit
uero in me xpc; Quod autem nunc uiuo in
carne. in fide uiuo filii di. qui dilexit me.
& tradidit semet ipsum pro me; Non abi
cio gratiam di; Si enim p legem iustitia. ergo
xpc gratis mortuus est;
3 O insensati galatę. quis uos fascinauit?
ante quorum oculos xpc ihc prescriptus
est & crucifixus; Hoc solum uolo a uobis
discere. ex operib; legis spm accepistis.
an ex auditu fidei; Sic stulti estis. ut cum
spu coeperitis. nunc carne consummemi
ni; Tanta passi estis sine causa. Si tamen
sine causa; Qui ergo uobis tribuit spm.
& operatur uirtutes in uobis. ex operib;
legis. an ex auditu fidei; Sicut abraham
credidit do. & reputatum illi ad iustitiam.
Cognoscitis ergo. quia qui ex fide sunt.
hi sunt filii abrahe; Prouidens autem scrip
tura. quia ex fide iustificat gentes ds.
prenuntiauit abrahe. quia benedicentur
in te omnes gentes; Igitur qui ex fide
sunt. benedicentur cum fideli abraham;
Quicumque enim ex operib; legis sunt. sub
maledicto sunt; Scriptum est enim. Male
dictus omnis. qui non pmanserit in omnib;
que scripta sunt in libro legis. ut faciat ea.
Quod in lege autem nemo iustificatur apud dnm.

manifestū ē. quia iustus ex fide uiuit. Lex
autē non ē. ex fide. sed qui fecerit ea.
uiuet in illis; Xpc nos redemit de male
dicto legis. factus p nobis maledictū; Quia
scriptum est; Maledictus omnis qui pendet
in ligno. Ut in gentib; benedictio abrahe fi
eret in xpo ihu. ut pollicitatione sps ac
cipiamus p fidem;
Frs. secundū hominē dico; Tamen hominis
confirmatū testamentū nemo spernit.
aut sup ordinat. Abrahe dicte sunt p
missiones. & semini eius; Non dicit. & se
minib. quasi in multis. sed quasi in uno.
& semini tuo. qui ē. xpc; Hoc aut dico tes
tamentū confirmatū a dō. Que post
quadringentos & triginta annos facta
ē. lex. non irritū facit ad euacuandam
promissionē; Nam si ex lege hereditas.
iā non ex repromissione; Abrahe autē
p repromissionē donauit ds; Quid igitur
Lex; ppt transgressionē posita ē. donec
ueniret semen cui pmiserat. ordinata
p angelos in manu mediatoris; Mediator
aut unius non ē. ds aut unus ē; Lex ergo
aduersus pmissa dī; absit; Si eni data eēt
lex que posset uiuificare. uere ex lege esset
iustitia; Sed conclusit scriptura omnia
sub peccato. ut promissio ex fide ihu xpi
daretur credentibus;
Prius aut quā ueniret fides. sub lege custodie
bamur. conclusi in eā fidē. que reuelanda erat;
Itaq; lex pedagogus nr̄ fuit in xpo. ut ex fide
iustificemur; At ubi uenit fides. iā non sumus
sub pedagogo; Oms eni filii dī estis. p fidē ihu
xpi; Qui cūq; eni in xpo baptizati estis. xpm
induistis; Non ē. iudeus. neq; grecus. n̄ est
seruus neq; liber. non ē. masculus. neq; femina.
Oms eni uos unū estis in xpo ihu; Si aut uos
xpi. ergo abrahe semen estis. secundum pro
missionem heredes;

Ideo hoc addit. ne quis putaret xpm. ab unitate diuinae naturae
diuisum. quia mediatoris suscepisset officium.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Dico autem quanto tempore heres parvulus est nihil
differt a servo cum sit dominus omnium sed sub tuto
ribus et actoribus est usque ad prefinitum tempus a patre.
Ita et nos cum essemus parvuli sub elementis mun
di eramus servientes; At ubi venit plenitudo
temporis misit deus filium suum factum ex muliere
factum sub lege ut eos qui sub lege erant redime
ret ut adoptionem filiorum reciperemus; Quoniam
autem estis filii dei misit deus spiritum filii sui in corda
nostra clamantem abba pater; Itaque iam non est
servus sed filius; Quod si filius et heres per deum;
Sed tunc quidem ignorantes deum his qui natura
non sunt dii serviebatis; Nunc autem cum cogno
veritis deum immo cogniti estis a deo quomodo
convertimini iterum ad infirma et egena ele
menta quibus denuo servire vultis; Dies obser
vatis et menses et tempora et annos; Timeo vos
ne forte sine causa laboraverim in vobis;
Estote sicut et ego quia et ego sicut vos;
Fratres obsecro vos nihil me lesistis; Scitis autem
quia per infirmitatem carnis evangelizavi vobis
iam pridem et temptationem vestram in carne
mea non sprevistis neque respuistis sed sicut
angelum dei excepistis me sicut Christum Iesum;
Ubi est beatitudo ergo vestra; Testimonium enim
perhibeo vobis quia si fieri posset oculos vestros
eruissetis et dedissetis mihi; Ergo inimicus
vobis factus sum verum dicens vobis; Emu
lantur vos non bene sed excludere vos volunt
ut illos emulemini. Bonum autem emulamini
in bono semper Et non tantum cum presens sum apud
vos; Filioli mei quos iterum parturio donec
formetur Christus in vobis; Vellem autem apud
vos esse modo et mutare vocem meam quoniam
confundor in vobis;
Dicite mihi qui sub lege vultis esse legem non
legistis; Scriptum est enim quoniam Abraham duos
filios habuit unum de ancilla et unum
de libera; Sed qui de ancilla secundum carnem natus
est. Qui autem de libera per repromissionem; Que

sunt p allegoriā dicta; Hęc enī sunt duo testamenta
Unū quidē a monte sina in seruitutē generans.
quę ē agar; Syna enim mons ē in arabia. qui con
iunctus ē ei quę nunc ē hierusalem. & seruit cū
filiis suis; Illa autē quę sursū ē hierusalem.
libera ē. quę ē mater nr̄a; Scriptū ē enim;
Lętare sterilis quę non paris. erumpe & clama
quę non parturis. quia multi filii desertę.
magis quā eius quę habet uirū; Nos aū frs.
secundum isaac promissionis filii sumus; Sed
quomodo tunc qui secundum carnē natus fu
erat. psequebatur eum qui secundum spm̄
ita & nunc; Sed quid dicit scriptura; Eice
ancillā & filiū eius; Non enī heres erit filius
ancillę cū filio liberę; Itaq: frs. non sumus
ancillę filii. sed liberę; Qua libertate xp̄c
nos liberauit; State. & nolite iterum iugo
seruitutis contineri; Ecce ego paulus dico uo
bis. quō si circūcidamini. xp̄c uobis nihil pro
derit; Testificor autē rursū omni homini
circūcidenti se. quō debitor ē uniuersę legis
faciendę; Euacuati estis a xp̄o. qui in lege iusti
ficamini. a gratia excidistis; Nos enī spū ex
fide. spem iustitię expectamus; Nam in xp̄o
ihū neq: circūcisio aliquid ualet. neq: prepu
tium. sed fides quę p caritatē operatur;
Currebatis bene. quis uos impediuit uerita
ti non oboedire; Persuasio non ē. ex eo qui
uocat uos; Modicū fermentū totā massam
corrumpit; Ego confido in uobis in dno. quod
nihil aliud sapiatis; Qui autē conturbat
uos. portabit iudicium quicumq: ē ille;
Ego aū frs. si circūcisionē adhuc predico.
quid adhuc psecutionē patior; Ergo eua
cuatum ē scandalum crucis; Utinam & ab
scidantur qui uos conturbant; Vos enim
in libertatē uocati estis frs. tantū ne liber
tatē in occasionē detis carnis. sed p caritatē
seruite inuicem; Omnis enim lex in uno
sermone implętur; Diliges proximū tuū

sicut te ipsum; Quod si inuicem mordetis et come
ditis. uidete ne ab inuicem consumamini;
Dico autem; Spiritu ambulate. et desideria carnis
non perficietis; Caro enim concupiscit aduer
sus spiritum. spiritus autem aduersus carnem; Haec enim sibi
inuicem aduersantur. ut non quaecumque uultis
illa faciatis; Quod si spiritu ducimini. non estis
sub lege; Manifesta autem sunt opera carnis;
Quae sunt fornicatio. immunditia. luxuria.
idolorum seruitus; Ueneficia. inimicitiae. con
tentiones. aemulationes. irae. rixae. dissen
siones. sectae. inuidiae. homicidia. ebrieta
tes. commessationes; et his similia. Quae
praedico uobis sicut praedixi. quoniam qui ta
lia agunt. regnum dei non consequentur;
Fructus autem spiritus est. caritas. gaudium. pax. longa
nimitas. bonitas. benignitas. fides. patien
tia. mansuetudo. Modestia. continentia.
castitas; Aduersus huiusmodi non est lex;
Qui autem sunt christi. carnem suam crucifixerunt
cum uitiis et concupiscentiis;
3. Si uiuimus spiritu spiritu et ambulemus; Non effici
6 amur inanis gloriae cupidi; Inuicem prouocantes.
inuicem inuidentes; Fratres et si praeoccupatus fue
rit homo in aliquo delicto. uos qui spiritales estis
huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Conside
rans te ipsum ne et tu tempteris; Alter alterius
onera portate. et sic adimplebitis legem christi;
Nam si quis existimat se aliquid esse. cum nihil
sit ipse se seducit; Opus autem suum probet unus
quisque. et sic in semetipso tantum gloriam habebit.
et non in altero; Unusquisque onus suum portabit;
Communicet autem is qui catecizatur uerbum ei qui
se catecizat in omnibus bonis; Nolite errare deus
non irridetur; Quae enim seminauerit homo haec et
metet; Quoniam qui seminat in carne sua. de carne et
metet corruptionem; Qui autem seminat in spiritu de
spiritu metet uitam aeternam; Bonum autem facientes.
non deficiamus; tempore enim suo metemus non defici
entes; Ergo dum tempus habemus operemur bonum

Quomodo viuens q(ui)s potest esse crucifixus? Itaque crux n(ost)ra timor d(omi)ni est. Sic e(nim) is q(ui) patibulo crucis affigit(ur) ... de presentib(us) cogitat ...
... omnib(us) vitiis carnalib(us) mortuos esse ...

Videte qualib(us) litteris scripsi vobis mea manu; Quicumq(ue) volunt placere in carne hi cogunt vos circumcidi. Tantum ut crucis xpi persecutionem non patiantur; Neq(ue) enim qui circumciduntur legem custodiunt. Sed volunt vos circumcidi ut in carne vestra glorientur; Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihu xpi per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo; In xpo enim ihu neq(ue) circumcisio aliquid valet neq(ue) preputium sed nova creatura; Et quicumq(ue) hanc regulam secuti fuerint pax sup(er) illos et misericordia et sup(er) israhel dei; De cetero nemo mihi molestus sit. ego enim stigmata ihu in corpore meo porto; Gratia domini nostri ihu xpi cum spiritu vestro fratres amen;

Ephesii sunt asiani; hi accepto verbo veritatis perstiterunt in fide; Hos conlaudat apostolus scribens eis a roma de carcere per tichicum diaconum; AD EPHESIOS.

INCIPIT EPISTOLA BEATI PAULI APOSTOLI

PAULUS APOSTOLUS XPI IHU PER voluntatem dei sanctis omnib(us) qui sunt ephesi et fidelib(us) in xpo ihu; Gratia vobis et pax a deo patre nostro et domino ihu xpo; Benedictus deus et pater domini nostri ihu xpi qui benedixit nos in omni benedictione spiritali in celestib(us) in xpo; Sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem ut essemus sancti et immaculati in conspectu eius in caritate; Qui predestinavit nos in adoptionem filiorum per ihm xpm in ipsum secundum propositum voluntatis sue in laude glorie gratie sue in qua gratificavit nos in dilecto filio suo; In quo habemus redemptionem per sanguinem eius remissionem peccatorum secundum divitias gratie eius que superabundavit in nobis in omni sapientia et prudentia ut notum fa

37R